



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Reverendi Patris Martini Stredonij Soc: Jesu

Schwertfer, Wenzel

Pragæ, 1673

Facultas R. P. Provincialis Bohemiæ Societatis Jesu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43132

PROTESTATIO A U T O R I S.

CUM SS. D. Noster URBANUS PAPA VIII. Die 13. Martij, Anno 1625. in Sacra Congregatione S. Rom: & Universalis Inquisitionis, Decretum ediderit; atq; iterum Die 5. Junij, 1631. ita explicuerit, ut in Editione Librorum non admittantur Elogia Sancti vel Beati absolutè, & quæ cadunt super Personam; bene tamen ea, quæ cadunt supra mores & opinionem, cum Protestatione in principio, quòd ijs nulla adsit autoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Autorem.

Hinc Decreto, ejusq; Confirmationi & Declarationi observantiâ & reverentiâ, quâ par est obsequor, ac profiteor, me haud alio sensu, quidquid in hoc Libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea solent, quæ humanâ duntaxat autoritate, non autem Divinâ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur.

Wenceslaus Schwertfer.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS BOHEMIÆ SOCIETATIS JESU.

EGO Simon Schürer Societatis JESU, per Provinciam Bohemiæ Præpositus Provincialis; potestate mihi factâ à Patre Nostro Joanne Oliva Præposito Generali, facultatem concedo, ut Liber de Vita & Virtutibus R. P. MARTINI STREDONII, à Patre Wenceslao Schwertfer, ejusdem Societatis Sacerdote conscriptus, & à Patribus ad id deputatis lectus, probatusque typis mandetur. Cujus rei fidem meâ manu & officij sigillo facio. Pragæ in Collegio Academico ad S. Clementem, 12. Octob: Anno 1672.

Simon Schürer.